

191.

1220 d. 4 Nov.

Lateran.

Påfv. HONORIUS III:s bekräftelse af Konung JOHANS åt Biskopen i Skara och Rikets öfriga Biskopar förunnade friheter.

A. 7. a. 1: 2. \*)

HONORIUS episcopus seruus. seruorum dei. Venerabili fratri. Episcopo scarense. Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur. quod. iustum est & honestum Tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis. vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter venerabilis jn christo frater Tuis iustis postulacionibus gratum impercipientes assensum. libertates possessionum et immunitates ac alia que karissimus jn christo filius noster. J. illustris rex swecie. ecclesie tue liberalj contulit pietate. prout jn ipsius litteris plenius continetur. sicut ea omnia iuste ac pacifice optines. tibi et per te successoribus tuis. auctoritate apostolica confirmamus. et presentis scripti patrocinio communimus. Ad maiorem autem rei evidenciam tenorem literarum ipsarum presentibus duximus jnserendum. qui est talis. In nomine sancte et jndividue trinitatis. JOHANNES &c. se ofvanföre N:o 184.

Nullj ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis jnfringere vel ej ausu temerario contraire. Si quis Autem hoc attemptare presumpserit. jndignationem omnipotentis dej et beatorum petrj & paulj apostolorum eius se nouerit jncursurum. Datum Laterani II. Nonas Nouembbris. Pontificatus nostri anno quinto.

På frånsidan med nyare stil: Påfwe Honorij Vidimus och Confirmation opå Konungh Johan Mildes bref gifvet Bisp Berge i Skara Anno &c. 1219.

192.

1220 d. 4 Nov.

Lateran.

Påfv. HONORIUS III:s tillstånd för Biskopen i Skara att, med undantag af svårare brott, gifva aflösning åt personer, hvilka kunde underlåta skyldigheten att söka densamma i Rom.

F. 1: 48. An. 5. Ep. 157.

*Honorius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri... Episcopo Scarense. Salutem &c.*

Cum sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, nonnulli tue Diocesis in canonem late sententie incidentes, propter quod essent ad sedem apostolicam destinandi secundum canonicas sanctiones dum considerant difficultatem laboris, et viarum discrimina negligant absolutionis beneficium

---

\*) Utur en i Skara d. 7 Maj 1377 bevittnad afskrift.